

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Des. Erasmi Familiarium colloquiorum opus

Erasmus, Desiderius

[Heidelberg], [ca. 1615]

Calliope

[urn:nbn:de:bsz:31-109179](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109179)

Attamen fato meliore, quàm olim
Plancius raptæ sociæ gravatus
Esse superstes

ERATO.

Illa non flagret ^{leu} amore flammâ,
Attamen longè meliore fato,
Casta quàm sanctum deamavit olim
Portia Brutum.

CALLIOPE.

Sponsum moribus undiquaque sanctis,
Nec Nasica probatus antecellat.

VRANIA.

Vxor moribus undiquaque castis,
Vincat (n) Sulpitiam Paterculanam,

POLYHYMNIA.

Laudetur simili prole puerpera,
Adcreseat domui res simul & decus.
Sed livore vacet, si fieri potest,
Factis egregiis debita gloria.

AL. Prorsus inviderem illi Petro & Egidio, nisi tantus esset hominis candor, ut ipse nemini possit invidere. MV. Sed iam tempus est, ut cœptum carpamus iter. AL. Nunquid est quod interim velitis renunciari Lovanium? MV. Vt nostro nomine salutes amicos omnes candidos ac nostri studiosos, sed præ ceteris vetustissimum nostri chori cultorem Johannem Paludanum, Iodocum Graverium, Martinum Dorpium & Iohannem Borsalum. AL. Id quidem fiet diligenter. Quid ceteris? MV. Dicam in aurem. AL. Res non est (o) magni sumptus: itaque fiet quamprimum.

Z 4

(a) Hac